Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26485
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eos qui intra aecclesiam sunt exterminant.
Aduersarios quidem fidei existunt per infi
delitatem, sed fideles premunt fasce superbię.

IIII Quamuis non nulli fidei DE CARITATE.
atque operibus sanctis uideantur esse
participes, tamen quia priuantur a cari
tate fraternę dilectionis: nullum habent
incrementum uirtutis. Nam sic ait apostolus.
Si tradidero corpus meum ita ut ardeam
caritatem autem non habuero. nihil mihi prodest.
Sine amore caritatis. quamuis quisque recte
credat. ad beatitudinem peruenire non potest.
quia tanta est caritatis uirtus: ut et iam
prophetia et martirium. sine illa nihil esse
credatur. Nullum premium. caritati pen
satur. Caritas enim uirtutum omnium
obtinet principatum. Unde et uinculum
perfectionis. caritas ab apostolo dicitur. eo quod
uniuersę uirtutes eius uinculo religentur.
Dilectio dei. morti comparatur. Dicente salo
mone. Ualida est sicut mors dilectio. Idcirco
quia sicut mors uiolenter separat animam
a corpore. ita et dilectio dei uiolenter segre
gat hominem a mundano et carnali amore.